

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



IN TABULAS RUDOLPHI PRÆFATIO.

Dicas habet Astrorum scientia partes: prior est de Motibus, posterior de Effectibus Siderum in naturâ sublunari. Utramq; Veteres communi vocabulo Astrologiam soliti sunt appellare. Cum verò ingens sit inter has partes discriminem causâ certitudinis; Nominibus etiam distinguere illas posterior usus obtinuit; ut doctrina de motibus, Astronomia potius nuncuparetur, quod leges motuum sint immutabiles, summâq; ratione constent: altera verò pars, in conjecturis occupata, communè quondam Astrologia nomen sibi privatum haberet: quippe quæ primum etia locum in animis hominum, futuri providis, fecerit rerum cœlestium contemplationib;. Nam ut in homine, præstantissimo totius Universitatis opere, quippe Domino omnium & imagine Dei creatoris, ortu principia sunt imbecillia, jocularia, & contractâ jam late, penè pudenda, humor exiguius, & sanguis menstruus; locus in parte totius maternico poris vilissimâ cibis recens edito, lac; opus, aut somnus, aut vagitus; vita, sordes, amictus, trice: ex hac tamen veluti officina nobis prodeunt, qui urbes extrahunt, qui portus effodiunt, qui montes rescindunt, qui freta pontibus sternunt; prodeunt Principes, Reges, Monarchæ: sic illa cœlestis machina capax disciplina, concepta primùm ex imaginatione sorribilium solis & luna defectuum, siderumq; crinitorum, quas apparitiones tristissimæ gentis humanae casus consequbantur: exinde formationis sua primordia ducens per quam tenuia & obscura, persuationis de astris, variisq; constellationum figuris, & cupiditatis futurorum, primùm vim quandam veluti vitalem concepit; qua freta, ex cogitationum latebris in lucem aperte professionis erupit, palamq; inter homines jaclari cepit: tum deinde per somnia & nugas predictionum Genethliacarum educata, paulatim adolevit; tandemq; nucibus, ut ajunt, relictis, virili ausu, per consueta Meditationum cœlestium exercitia, multos ad usus vite, machinationesq; admirabiles, adq; providentiam rerum necessiarum transiit; ad morum etiam emendationem, quin imò ad ipsius Dei creatoris cognitionem, veluti per gradus aliquos, magis atq; magis enititur.

Veruntamen, ut in arborum fibris anni, sic in totâ divinissimâ artis compositione lineamenta quedam apparent ortus hujus; ut Matrem & Nutricem Astrologiam, absegnare non possit Astronomia filia & alumna. Partes ejus præcipue habentur, Observationes, Hypotheses, Mechanica, Calculus seu Tabulae: qua singula in predictiones feruntur. Observare docuit Siderum positus, cura futuri provida, ortumq; Canis, metus à Nili exundationibus: Hypotheses constituerunt Artifices, ut observatarum varietatum causis in aperto positis, jam non tantum Annona ex Astris, sed ipsa etiam Astra ex Hypothesibus previderi possent, essentq; signa futurorum prius in mente, quam in mundo. In hunc usum suppeditavit Arithmeticæ Calculos & Tabulas, Hypothesum vim exprimentes; Mechanica, Circulos, Theorias, Sciaterica; ut qua parte mens defatigata succumbet, ibi vel manus oportularentur; essetq; omni modo via patens & complanata, qua in positum siderum præsentem, præteritum, vel futurum rectâ duceret; ut ejus intuitu, scilicet, nascentum fata pan, i possent.

Verumen in verò partes istas artis, acceptas ab infantia, sanè quam profundâ, & inspiente, succedens maturior exercitationis etas, finisq; sublimior & inculpatus, & ap- Finis tamen probavit omnes, & roboravit consolidavitq;: ut porrò non possit iis carere Philosophia, seu usus sum- mè necessaria. Sideralis: Solemq; è mundo sublatum eat, quia tabulas Astronomicas è Philosophia, docto- rumq; pulpitis exulare jussit.

Job.10.10.

Astronomia
mater Astro-
logia.

Tabularum o-
rigo ex Astro-
logia.

Nam